

CHRONICON PAR VUM
ECCLESIAE S. S. SIMONIS ET IVDAE GOSLARI.
.ENSIS, CVM RECENSIONE RELIQVIARVM

Ex MSto.

Brachium Innocentii Papæ, Gregorii Papæ pars magna. Erardi Episco-
pi dimidia pars. Anastasiæ virginis & martyris dimidia pars. Caput
Agathæ virginis & martyris. Helenæ Reginæ major pars, Pinnose, Ursulæ, Cordulae inte-
gra corpora. Gaudentiaæ virginis pars magna, Julianæ virginis, Victoriæ virginis, Walbur-
gis virginis, Matronæ virginis, Coronæ virginis magna pars. Brachium Euphemiaæ virgi-
nis; Honestæ virginis, Aldegundis virginis, Theodoræ virginis pars. Caput Scholasticæ
virginis ac Modeitæ virginis.

Ad Sanctum Johannem hæc ara consecrata est in honore Domini nostri Jesu Christi
& Sanctorum, quorum reliquæ hic sunt. De capite Sancti Johannis Baptistæ & brachium
ejus dextrum. Capita Sanctorum Proti & Hyacinthi, Antonius martyr totus. Brachium
Vitalis martyris; Gordiani & Epimachi, Viti martyris, Herculani martyris, Lini martyris,
Quintini martyris, Genesii martyris, Apollinaris martyris pars magna. Florianus martyr
totus. Sanctorum confessorum, Felicis Papæ major pars, Melchiadis Papæ pars magna,
Dæmasi * Papæ. Cyprianus Episcopus totus. Brachium Severini Episcopi, Zephenerii Epi-
scopi duæ costæ, Maximiani Episcopi major pars, Arnulfi Episcopi, Aviani Episcopi, Sim-
plicii Episcopi, Privati Episcopi pars magna. Manus Leochadiae virginis, Brachium Chri-
stianæ virginis, Caput Agnetis virginis, Candidæ virginis, Basiliae virginis, Felicidae virgi-
nis, Odiliae virginis, Bejotæ virginis, Genesæ virginis pars magna.

Ad sanctum Petrum altare hoc dedicatum est in honore Domini nostri Jesu Christi &
sanctæ Mariæ perpetuae virginis, & sanctorum, quorum reliquæ hic continentur: Aposto-
lorum Petri & Pauli, Andreæ Apostoli, Timothei Apostoli, Alphæi Apostoli; Sanctorum
martyrum Johannis & Pauli; Alexandri major pars, Stephani Papæ major pars, Calixti Pa-
pæ & martyris. Potentianus Papa & martyr totus. Januarius martyr totus, Hilarius mar-
tyr totus. Nicomedis martyr, Ferreoli martyr, Gorgonii martyr pars magna, Sergii &
Bacchi martyrum, Faustini martyr, & sanctorum confessorum. Narcissus Episcopus to-
tus, Meldarus episcopus totus, Polycarpus episcopus totus. Theotgarii episcopi, Liburii
Episcopi, Mamenti Episcopi, Vigili Episcopi, Philippi Episcopi, sanctorum Confessorum,
Sixti, Anicii, Lautiani Presbyteri. Caput Alexii Confessoris; & sanctorum, Perpetuae &
Felicitatis duo brachia, de capite sanctæ Lucie virginis, Apollinæ virginis, Eulaliae virgi-
nis, Emerentianæ virginis, Theclæ virginis, Theodosiaæ virginis, Anatoliae virginis, Co-
lumbæ virginis, Eugeniae virginis, Eufrasie virginis.

Ad sanctum Matthiam in crypta continentur hæ reliquæ Matthias Apostolus, Andreæ
Apostoli pars magna, Jacobi Apostoli, fratris Johannis apostoli & Evangelistæ; & sanctorum
Martyrum, Venantius episcopus & martyr integer, Rusticus Episcopus & martyr totus,
Brachium S. Lamberti episcopi & martyris, Sebastiani martyris dimidia pars, Albani mar-
tyris pars magna, Cyriaci martyris, Agapiti martyris, Timothei & Symphoriani. Et san-
ctorum confessorum, Remigii, Germani Episcoporum, Justi episcopi, Reynardi episcopi,
Mansueti Episcopi pars magna, Vedasti & Amandi; & sanctorum virginum, Potentianæ vir-
ginis, Praxedis virginis sororis ejus, Justitiae virginis. Brachium sanctæ Barbaræ virginis
ac martyris, Demetriae virginis, Balbinæ & Reparatæ virginis.

Ad sanctam Crucem in medio Monasterio continentur hæ reliquæ: Capita sanctorum
Philippi & Jacobi, sanctorum Martyrum, Stephani Protomartyris, Fabiani Papæ & marty-
ris. Valentinus episcopus & martyr totus. Corpora duo integra Primi & Feliciani marty-
ris, Blasii Episcopi & martyris, Cleti Papæ & martyris, Albini martyris, Marci & Marcel-
liani fratrum, sanctorum confessorum Leonis Papæ, Lucii Papæ. Amatius Episcopus totus,
Ignatius Episcopus totus. Iheronymi Episcopi pars magna; Eusebii Presbyteri, Colum-
bani Abbatis, Othmari Abbatis, & sanctorum virginum duo corpora integra, Aureliae & Ro-
tundæ virginum, Keinsvinda virginis, Beatricis virginis, Benignæ virginis, Eufrasie virgi-
nis, Sophiae virginis, Beatricis virginis.

CHRONIC.

534

Sciendum præterea, quod istius templi, quod in honore Sanctæ & individuæ Trinitatis consecratum est, principales patroni sunt: scilicet primò summi Altaris Beata virgo Maria; Sancti Apostoli, Simon, Judas & Matthias; Martyres Rusticus, Venantius; Confessores Valerius, Servatius, Eucharius, Maternus. Hi autem sunt Patroni altarium intuitu Monasterii. In medio choro S. Michael cum sancto Hilario. Item versus Aquilonem sanctus Johannes Baptista cum sancto Johanne Evangelista. Item versus austrum sanctus Petrus ad altare suum. Item in medio Monasterii sancta crux cum sancto Stephano. Item in Crypta Beata Virgo Maria cum sancto Dionysio. Item specialis capella juxta turrim sanctæ Mariæ virginis in superiori; item capella Sancti Nicolai in inferiori. Item capella sanctæ Mariæ Magdalena versùs aquilonem, item capella sancti Blasii in Capitolio, exceptis reliquiis, quæ in summo altari præcipue & in aliis altaribus & capellis prænominatis, & duobus magnis sarcophagis continentur, in quibus etiam multa corpora sanctorum, exceptis particularibus reliquiis, requiescent: quorum numerositatem, quemadmodum *in libris antiquis & veteritate consumitis didicimus*, vix enumerare possemus; fieret etiam forte legentibus tedium. Videlicet ipsorum numerus est procul dubio copiosus, quod ex eo conjicitur, quia Dominus Henricus Imperator hujus nominis secundus, istius Ecclesiaz fundator magnus & potens, ipsam amore præcipuo amplexabatur. Quapropter à Domino Papa Eugenio singuliter & universaliter Ecclesiaz, non solum prece, sed etiam pretio & violentia, multorum sanctorum reliquias cumulabat, quas in hac Ecclesia cum devotione quam maxima collobat, & in argumentum summæ dilectionis primo filiam suam, post hæc cor proprium cum præcordiis in choro nostro tumulari devotus procuravit; quia propter loci distantiam hic integraliter sepeliri non poterat. Unde & corpus ipsius sepultum est in Spira.

Cum igitur istius Ecclesiaz numerositatem reliquiarum sub compendio comprehendere non possimus, & singula conscribere fieret legentibus tedium: visum est nobis, ut præbatis brevitatis causa utamur; ut eo studiosius aliorum sanctorum, patronorum nostrorum, reliquias distingvamus, quæ continentur publicè ac manifestè in scriniis & capsulis & vasis aureis & argenteis, gemmis mirabiliter ornatis. Ex multis igitur pauca prosequentes, quæ scriptis distinguere conatis sumus: habemus itaque hic magnam partem de clavo, cum quo crucifixus est Dominus; item magnas partes de ligno crucis Domini in duabus aureis crucibus; argenteam imaginem beatæ Virginis Mariæ cum reliquiis ipsius.

In aureo scrinio Domini nostri ac sanctæ matris ejus Mariæ continentur hæ reliquiae: scilicet de ligno sanctæ crucis, de præsepio Domini, de sepulchro Domini, de terra sancta, quam Dominus pedibus suis calcavit, de cingulo beatæ Mariæ virginis, de virga Aaron, tres cruces argenteæ, in quibus istæ reliquiae continentur, scilicet: reliquiae Sancti Jacobi Apostoli, de brachio sancti Vincentii, Fabiani & Sebastiani, Cosmæ & Damiani.

In scrinio sanctorum Apostolorum Simonis & Judæ hæ reliquiae continentur: scilicet, Simonis & Judæ, Matthiæ Apostoli, Bartholomæi Apostoli, de brachio sancti Erardi Episcopi, Valerii Episcopi.

Item in scrinio Apostolorum argenteo majori, intrinsecus deaurato, hæ reliquiae continentur, scilicet: Sancti Matthiæ bis, de dorso sancti Bartholomæi, item magnum os ejusdem, de sancto Andrea Apostolo, de sancto Valerio episcopo.

In minori scrinio argenteo martyrum hæ reliquiae continentur, scilicet sancti Venantii Episcopi & martyris, sanctorum Sebastiani & Fabiani martyrum, sancti Pancratii martyris, de brachio sancti Exuperii martyris, de cranio sancti Chrysogoni martyris, sancti Viti martyris, Georgii martyris, Bonifacii Episcopi & martyris, Blasii Episcopi & martyris, Tiburtii martyris, Cyriaci martyris, Cæsarei martyris, de vexillo S. Mauritii martyris.

In majori scrinio eburneo martyrum hæ reliquiae continentur: Brachium S. Albani martyris, de collo sancti Ambandi martyris, de capite sancti Protii martyris cum duobus dentibus. Scapula sancti Hyacinthi, cranium sancti Chrysogoni martyris, sancti Pancratii martyris, sancti Venantii Episcopi & martyris, sancti Dionysii martyris, de scapula sancti Donati martyris, Benedicti martyris, de corporibus sanctorum Cæsarei & Valeriani martyrum, Peregrini martyris, Christiani martyris, Germani martyris, Pamphilii Episcopi & martyris, Floridi & Amandi martyris.

In scrinio secundo confessorum hæ reliquiae continentur: Brachium sancti Erardi, brachium sancti Ambrosii, de dextro brachio S. Eucharii, sancti Witberti confessoris, sancti Wolfgangi episcopi, Petri exorcistæ, Castoris confessoris, sancti Valerii magna pars.

In



In scrinio sancti Nicolai hæ reliquiae continentur: Cranium sancti Nicolai, de costa & dorso sancti Erardi Episcopi, de dextro brachio S. Eucharii, costa & duæ dentes Servatii, de brachio sancti Valerii.

In scrinio tertio eburneo confessorum & martyrum hæ reliquiae continentur: Mandibula sancti Erardi confessoris, de brachio sancti Cyrilli, de sancto Valerio, de sancto Chrysogono martyre, de sancto Peregrino martyre, de sancto Euchario Episcopo, de sancto Pancratio martyre, de sancto Pamphilio Episcopo & martyre.

In scrinio eburneo quarto virginum hæ reliquiae continentur: De sancta Maria Magdalena, de corpore sancte Felicitatis; Anastasie virginis tria magna frusta, de sancta Uriula virgine & martyre, de sancta Petronilla virgine, de sancta Pinnosa virgine, de sancta Cecilia virgine, de sancta Conegundi virgine, & de undecim millibus virginum.

In ultimis duobus eburneis scruinis reliquiae sine titulo continentur.

Anno Gratia nongentesimo duodecimo *Conradus* Imperator, hujus nominis *primus*, filius Loduici tertii Imperatoris de genere magni Karuli, (*) . . . ab Augusto, adeptus est Romanum imperium, & regnavit annis VII. Hic primo, in anno regni sui quinto, fundavit ecclesiam istam in *Hartesborg* Canonicorum secularium in honore Beati *Valerii* confessoris atque Pontificis Treverensis, & dotavit eam cum praedio in *Harlingerodbe* & aliis multis bonis, cuius anniversarius est die Beati Valentini martyris.

Anno Gratia nongentesimo vigesimo primo *Heinricus* hujus nominis *primus*, filius Ottonis Ducis Saxoniz, qui vocabatur *Auceps*, adeptus est Romanum Imperium, & regnavit annis XVIII. In anno vero regni sui quinto decimo mons *Ramersberch* inventus est, & postea per ipsum *civitas Goslariensis* est constructa. Idem Imperator fundavit Monasterium prudatum virginum in *Quedelingeburg*, & ibidem est sepultus.

Anno Gratia millesimo vicesimo quinto, *Conradus* Imperator hujus nominis *secundus*, filius Heinrici Ducis Sveviae, adeptus est Romanum Imperium, & regnavit annis quindecim. Hic dotavit eandem Ecclesiam in *Hartesborg* cum praedio trans Salam, quod dicitur *Balberghe* & suis appendiciis, & cum praedio *Wevelinghe* apud Sommerschenburgh. Hic etiam ecclesiam Limborch & episcopatum in Spira primus fundavit, & ibidem est sepultus.

Anno Dominicæ incarnationis CIO XL. *Henricus*, filius hujus *Conradi* Imperatoris, hujus nominis *tertius* Rex, secundus Imperator, (**) LXXXVI. ab Augusto, suscepit Romanum Imperium, & regnavit annis XVII. Iste transtulit Monasterium S. Valerii de *Hartesborg* ad locum istum, & istam ecclesiam fundavit, & dotavit cum praedio in *Tersleve* & omnibus suis attinentiis, & eam per beatissimum Papam *Leonem*, cooperantibus sibi in numero Cardinalibus, Archiepiscopis & Pontificibus & Abbatibus septuaginta tribus, in die beatorum Processi & Martiniiani martyrum, in honorem S. Mariae & SS. Apostolorum *Simoni* & *Jude*, Rustici, Venantii martyrum, Valerii, Servatii, Materni, Eucharii Confessorum, & omnium SS. ipso Imperatore praesente, consecrari procuravit. Idem venerabilis Papa *Leo* tulit Imperatori magnam partem reliquiarum Apostolorum Petri & Pauli, integra corpora sanctorum, & diversas reliquias, quæ per diversa loca sibi fuerant apportatae; & in altaribus recondite sunt, quæ illo die fuerant consecrata. Idem Imperator in quodam scrinio, quod tulerat de *Hersveld*, dedit Ecclesiae duas scapulas pulverizatas beatorum Apostolorum *Simoni* & *Jude*, caput beati Servatii. Dedit etiam Treverensibus quosdam largos redditus, quos habent pro reliquiis beati Matthiae, quas hic glorioius collocavit, & duas cruces aureas, clavum Domini; Scrinium & imaginem Beatae Virginis. Idem Imperator *Henricus* dignissimam partem sanguinis Beati Stephani Protomartyris cum praedio *Edekersleve* & omnibus suis attinentiis dedit huic Ecclesiae, & cranium beati Nicolai cum praedio *Tzemannstede*, & omnibus suis attinentiis, Dedit etiam pinguedinem beati Laurentii in vasculo pretioso, reliquias S. Dionysii, & corpora sanctorum Valerii, Materni, Cyrilli Treverensium Pontificum; Brachium S. Eucharii, auro & gemmis honorifice decoratum, & reliquias Sancti Herardi Ratisponensis Episcopi. Dedit etiam magnum plenarium intus & extra mirifice decoratum. Collocavit etiam quasdam reliquias in altari cryptæ reverenter, quas postea *Bernardus* Hildesiensis Episcopus, cum *Elberto* hujus Ecclesiae Praeposito, irreverenter videre & alibi locare voluit, quod ambo excarcati fuerunt. Hic etiam dedit nonam partem omnium bonorum, ad fiscum regium pertinentium, quod postea filius suus *Henricus*, dando largum praedium in *Reynstede* in recompensam, in melius commutavit. Dedit etiam gloriosum censum arearum per totam civitatem Goslariensem, qui vulgariter *Wazschare* nuncupatur. Dedit præterea quandam literam,

à Rege

(*) LXXXVII secundum Marianum Scotum,

(**) juxta Marianum Scotum LXXXIV.

à Rege Gracie sibi missam, cum sigillo aureo satis ponderoso, de quo siebat calix aureus; de litera vero siebat palla altaris. Super hæc autem omnia fecit & dedit huic Ecclesiæ bona inenarrabilia in reliquiis & ornamentis, præparamentis, libris, libertatibus, redditibus & similibus, quæ singula scribere nequaquam possumus causa brevitatis. Suis etiam temporibus prædictus Papa Leo post hujus templi solemnem dedicationem concilium in *Moguntia* celebravit, ubi hanc ecclesiam multis privilegiis & libertatibus honoravit, ob ipsius Imperatoris præsentiam. Idem quoque Imperator in argumentum veri amoris filiam suam *Mechtildim* virginem, & postea, bona fide & morte præoccupatus, cor suum cum præcordiis apud filiam suam hic in choro; reliquam vero partem sui corporis in Spira dispositum tumulari. Quorum animæ felices semper vivant beatè per infinita secula seculorum amen.

Anno gratiæ cī LVII. *Heinricus* hujus filius suscepit Romanum Imperium, & regnavit annis quadraginta novem. Hic celebravit curiam in *Goslar* in festo Pentecostes, & ipso die orta est maxima seditio hīc in monasterio inter Principes, & *Buggo* Halberstadiensis episcopus, *Deto* Comes Palatinus, qui dedit huic Ecclesiæ bona in *Slanfede* & *Dedenleve*, interempti sunt, & alii quam plures; & cantante choro hunc versum: *Hunc diem gloriosum fecisti;* cantabat dæmon in summitate monasterii: *bunc diem bellicosum ego feci.* Idem Imperator sarcophagum S. Valerii fieri & ornari mirificè procuravit.

Anno gratiæ cī CVI. *Heinricus* Imperator, prædicti Heinrici filius, regnavit annis vi. & uno. Hujus clypeus cum gladio dormientis hīc in aula Regis, iectu fulminis est consumptus. Hic postmodum contra Saxones in *Welpesbolte* dimicavit, & victoriā perdidit Domino sic volente.

FINIS.

